

imponitur, quarum una cursum in Galliam rectâ dirigeret; altera cum aliquot Anglis solveret in Virginiam, inde Franciam petitura. Hanc PP. Biardus & Quintinus, illam P. Massæus, & Saussæius conscenderunt. Utriusque fors longè dispar fuit. Quæ Saussæium & P. Massæum vehebat dum oram maritimam legit, annonâ, nautis, armamentis destituta, incidit in geminas naves reditum in Galliam adornantes. Jungit se illis læta, cumque suis vectoribus Maclovium, Britannix Aremorix oppidum, paucis diebus tenuit.

Interim Argallus, classis Anglicæ præfectus, Patres Biardum & Quintinum deducturus in Virginiam, ut constitutum fuerat, paululum iis præivit cum sua navi prætoria. Virginiam obtinebat Anglus ferox, nomini Gal-